

omnino res est que scripta signatur sit
 Ut ergo ab huiusmodi falsitatibus hu-
 manus animus purgaretur. sancta scrip-
 tura paruulis congruens. nullius gene-
 nis reus verba vitauit ex quibus quasi
 gradatim ad diuina siue sublimia noster
 intellectus velut nutritus assurgeret. Nam
 et verbis et rebus corporalibus sum-
 ptis. vsa est cum de deo loqueretur. velut
 cum ait. sub umbra alarum tuarum protege
 me. et de spiritali creatura multa transu-
 lit. quibus significaret illud quod ita non
 esset. sed ita dici opus esset. sicuti est.
 ego sum deus zelans. et perimit me ho-
 minem fecisse. De rebus autem que omnino
 non sunt. non traxit aliqua vocabula. qui-
 bus vel figuraret locutiones. vel spiritali-
 ter emigmata. Unde periculosus et inani-
 mus euanescent. qui tercio illo genere
 erroris a veritate secludunt. hoc suspi-
 cando de deo quod neque in ipso. neque in ul-
 la creatura inueniri potest. Rebus enim
 que in creatura inueniuntur. solet scrip-
 tura diuina velut infantilia oblectamen-
 ta formare. quibus infirmorum ad quere-
 da superiora. et inferiora deserenda pro-
 suo modulo tanquam passibus moueretur
 aspectus. Que vero proprie de deo dicun-
 tur que in nulla creatura inueniuntur. raro
 ponit scriptura diuina. sicut illud quod
 dictum est ad moysen. Ego sum qui sum
 et qui est misit me ad vos Cum enim esse
 aliquo modo dicatur et corpus et animus.
 nisi proprio quodammodo vellet intelligi. non
 id vti que diceret. Et illud quod ait ap-
 tulus. Qui solus habet immortalitatem cum et
 anima modo quodam immortalis esse di-
 catur. et sic non diceret solus habet. nisi
 quia vera immortalitas incommutabilitas
 est. quam nulla potest habere creatura.
 quod solus est creatoris. hoc et iacobus di-
 cit. Omne datum optimum. et omne donum
 perfectum desursum est descendens a pre-
 luminibus apud quem non est transmutatio
 nec momenti obumbratio. Hoc et dicit.
 Mutabis ea et mutabuntur. tu autem idem
 ipse es. Proinde substantiam dei sine vlla

sui commutatione mutabilia facientem
 et sine vlllo modo siue temporali motu tem-
 poralia creantem intueri et plene nosse
 difficile est. et ideo est necessaria purgatio
 mentis nostre. qua illud ineffabile. in-
 effabiliter videri possit. qua nondum pre-
 diti. fide nutrimur et per quedam tollera-
 biliora. ut ad illud capiendum apti et ha-
 biles efficiamur itinera ducimur. Unde
 ap-
 tulus. in christo quidem dicit esse omnes the-
 sauros sapientie et scientie absconditos.
 eum tamen quis iam gratia eius renatis. sed ad
 huc carnalibus et animalibus tanquam puulis
 in christo. non ex diuina virtute in qua equa-
 lis est patri. sed ex humana infirmitate ex
 qua crucifixus est. commendauit. Sic nam-
 que. Neque enim iudicam me scire aliquid in
 vobis nisi ihesum christum. et hunc crucifixum.
 deinde sequitur ait. Ego in infirmitate et
 timore et tremore multo fui apud vos.
 et paulo post dicit. Et ego fratres non po-
 tui vobis loqui quasi spiritalibus. sed
 quasi carnalibus. quasi puulis in christo.
 lac potum dedi vobis. non escam. Nondum
 enim potestis sed nec adhuc potestis. hoc
 cum dicitur quibusdam irascuntur. et sibi otumelio-
 se dici putant. et plerumque malunt crede-
 re eos potius a quibus hec audiunt. non
 habere quod dicant. quam se capere non posse
 quod dixerunt. Et aliquando afferunt eis ratio-
 nem. nunquam petunt cum de deo querunt
 que nec ipsi eam valent sumere. nec nos for-
 tasse vel apprehendere vel proferre. sed
 que demonstratur eis quam sint inhabiles mi-
 nimeque idonei percipiendo quod exigunt.
 Sed que non audiunt quod volunt. aut calide
 nos agere putant. ut nostram occultem im-
 pitiam. aut malitiose quod in eis videamus
 pitiam atque ita indignantes perturbati-
 que discedunt.

Ordo disputandi de mente diuina

Quapropter adiuuante domino deo nos-
 tro suscipiemus et eam ipsam quam
 flagitant quantum possumus red-
 dere rationem. quod trinitas sit vnus deus
 et solus et verus. et quod recte pater et fi-
 lius et spiritus sanctus. vniuersaliterque substantie